

1
Incipit Tractatulus per Eneam Silvium editus ad
Regem bohemie Ladislaum.

Errenissimo principi domino Ladislao
Pannoniorum ac Bohemie Regi Et po
tentis Austrie duci domino suo Ene
as Epus Tergestinus. Si que virtuti
operam dare totumque se bonis prebere actibus o
portet. hunc esse te Ladislac rex inclite nemo
qui sapiat inficias ibit. Maximis namque regnis
et amplissimis principatibus postquam tutele finie
ris annos expectaris impaturus. Quibus nisi consu
mate sapientie alias prudentie fueris diu dominari
non poteris. Regna virtuti parent et resistunt
vicijs. Sicut olim imperatoris ignavia a roma non
tulit. sic hodie regis deficiam vngaria detestatur.
Nulli magis quam regnantium opus est sapientia
quo pacto recte gubernaverit alios. Et quem
proprius subvertit error rex incipiens se perdit
et populum. Sapientiam in melius omnia cedunt
Per me inquit sapientia reges regnant et legum
conditores iusta decernunt Tu ergo dum puerum
agis. et cum natu grandis fueris. optimis te pre
ceptis imbuamur fines. Ad quas res prouocare te
quoque maiorum tuorum exempla debebunt. qui
romano imperio cum maxima laude prefuerunt pa
terni atque materni progenitores. Et que te genuit

GROSHERZOGLICHE
HESSISCHE
HOFBIBLIOTHEK